



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis
Castilionensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

Cepari, Virgilio

Coloniæ Agrippinæ, 1608

P. Provincialis Cappucinatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43934

P. PROVINCIALIS CAP-
P VCCINORVM.

Sanctissima, & omnibus virtutibus ac meritis
ornata Vita Beati Principis, D. ALOY-
GONZAGÆ Marchionis Castilionensis, & re-
ligiosi è Sãcta Sodalitate IESV, quæ infra ab ad-
modũ Reuerendo Patre VIRGILIO CESA-
RIO Doctore Theologo, & concionatore eiusdẽ
Societatis descripta est, & magna diligentia col-
lecta è iuratorum testium testimonijs, & auctori-
tatibus (vt ipse singillatim has cum illa componẽ-
do comperi, & iureiurando asseuero) digna om-
nino est, quæ ad gloriam Dei, qui ad eò mirabi-
lem se prestat in sanctis suis, ad exemplum Chri-
stianorum principum, adificationemq; religiosor-
um, & totius fidelis populi, edatur in lucem. Na-
tus est hic dignus omni gloria Princeps, vt ita di-
cam, sancte, vixit, mortuusq; est sanctissime, ta-
libusq; ac tantis à Deo donis, & beneficijs viuus
cumulatus est, vt equidem tria quadam de illo
eximia predicari posse existimem. Primũ, quod,
vt de D. Bonaventura aliquando dixit eius Ma-
gister Alexander, Adamus nihil in eo peccasse vi-
deatur. ad eò remotus ab omni suspitione peccati,
innocentiæ suæ statum tenuit. Alterum, quod mo-
ribus, angelo videatur propior fuisse quàm homi-
ni tanto interuallo spiritus in eo carnem, mens
sensem vincebat. Tertium, quod singularem quẽ-
dam in modum in eum quadret illud Sapientis:

*Consummatus in breui expleuit tempora multa,
Etenim breui spatio, quo hanc mortalem vitam
egit, consecutus est, quod pluribus annis egrè sibi
communiter multi è sanctis pepererunt, eumque
perfectionis gradum attigit, quem multi alij fru-
stra adipisci tentarūt. Quod si verè vulgo dicitur,
communis vox populi, vox Dei: quandoquidem
hic Beatus Princeps omnium opinione censetur,
& omnium voce celebratur vt Sanctus, à princi-
pibus, ab antistitibus Ecclesiae, à suis cōfessoribus,
magistris, Rectoribus, Parentibus, suae ditionis po-
pulis, sanctissimum eum fuisse necesse est, suoque
merito vt in caelo, item etiam in terra in Diuo-
rum numerum adscribi potest. Sic ipse apud di-
uinam Maiestatem intercessor, & aduocatus
meus esse dignetur. Brixia ex nostro domicilio ad
D. D. Petri, & Marcellini.*

*Ego F. Ioannes Franciscus Brixienfis
Prouincialis fratrum Cappuccino-
rum in prouincia Brixienfi, con-
cionator, & Theologiae lector, hæc
omnia scripsi, & subscripsi mea
manu, eaque iureiurando rata facio.*

PATER RECTOR SOCIE-
TATIS IESV.

Ego Ioannes Baptista Peruschus Roma-
nus, Rector Collegij Societatis IESV Bri-
xia, postquam admodum Reuerendus Pater VIR-
GILIUS